Ros Dok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

NVPTIIS || Reuerendi & docti viri || M. ANDREAE CRACOVI || et Honestae virginis || CATHARINAE SCHRODERS || Sponsorum.|| Gratulantur amici.|| Nuptiae celebrabantur VI. Cal. Iulij.|| Anno ... M.D.XCIV.||

Rostock: Möllemann, Stephan, 1594

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1740909127

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1740909127/phys_0001

100

2806

~~4. Dd. 6~~

~~Heber V - 5344~~
~~with 4 more~~ 11/

Cq - 2065 1-30
(SON)

[illegible]

– 4 –

Ex
Bibliotheca
Academiae
Rostochiensis

Universitäts
Bibliothek
Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1740909127/phys_0003

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1740909127/phys_0004

60 15

NVPTIIS
Reuerendi & docti viri
M. ANDREÆ CRACOVI
& Honeſtæ virginis
# *CATHARINÆ SCHRODERS*
Sponſorum.

Gratulantur amici.

Nuptiæ celebrabantur VI. Cal. Iulij.
Anno Epochæ Chriſt. M. D. XCIV.

*FIVNT CON-
NVBIA
FATO.*

Roſtochij
Typis Myliandrinis.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1740909127/phys_0005

Epithalamia.

Δίδαγμα δαιμόνων πλάνωντε πνευμάτων
ἐστὶν γάμου θέσθαι πεφραγμένου τινὰς
βροτοὺς κατείργειν. ἡ γὰρ ἐμφανῶς
γραφὴ θεόπνευστος λέγει πάνυ τίμιον
ἐν πᾶσιν εἶναι τὸν γάμον καὶ δέμνιον
ἔνθεσμον. οἷς ὀπηδέων πειθεῖς καλῶς
ΑΝΔΡΕΙΆ ἐνθέσμως λαβὼν σοι σύζυγον
κόρην μὲν οἰκουρὸν, τρόποις δὲ κόσμιον,
ὄψει τε εὐπρεπῆ. θεὸς τελέσειέ σοι
τὸ λοιπὸν, ἠδὲ δοίη ἐμμεν᾽ εὐτυχὲς
οὗ ἦρξας. ἐκ ψυχῆς τοῦτ᾽ εὔχομαι ὅλης.

M. PAVLVS TARNOVIVS
Scholæ Roſtochienſis Rector.

Aliud.

DEſcribere quis nouit Adæ magis, magisq́;
Ardorem animi, mentis amorem, ac oculorũ
Splendentem aciem, ut vidit amabilis puellæ,
Ex oſſe profectæ ſuo, amænitatem amœnam,
Scitam ſpeciem cum venerabili lepore?
Mirabilius quid, quod homo ex humo fit? anne
Mirabilius, virgo quod ex viri fit oſſe?
Mirabilius næ mage nil, viro quod absq;   (æuo
Enixa hominem virgo Deum, ortum à patre ab
Myſteria noſtrum ingenium maxima vincunt.
Heîc nec locus eſt edere de hiſce plura: iam nunc
Eſt fundere pauxillula de tuo, Cracovi,

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Igni, in patriam ardente puellam vehementer,
Cui mens bona, moresq; boni, bonusq; vultus,
Depingere qui ſcit ſatis hujuſcemodi ignem ?
Poſsisne tuum diſsimulare, dic mihi, ignem ?
Reſplendet, ut incenſus, in igne ſtans, rogus, quid?
Occepit vterq; ignis vt in teq; tuaq;
Sic viuat vterq; ignis, & ardeat perenne.
Votum meum, uti non ſiet vtriusq; inanis.

Georgius Mancinus
Scholæ Butzovienſis Rector.

Aliud.

FElix ingenij dotibus & potens
Facundo eloquio, ſponſe CRACO noue,
Præſtansq; ingenuis artibus omnibus:
Nec non eximium iure tenens locum
Doctorum in numero, qui ſacra dogmata,
Sanctos Chriſticolas vtiliter docent.
Hoc credas Superum non ſine numine,
Sed fati fieri legibus, vt tuo
Iungatur thalamo virgo modò pia,
Caſta, ornata etiam moribus optimis.
Ergo nec dubites, quin Sapiens Deus
Hoc in Coniugio ſit, tibi proſpera
Vt cuncta eueniant, pro placito ſuo
Facturus: ſiquidem proſequitur vir haud
Vllus, quod ſtatuit ſponte, odio graui;
Sed ſuſtentat idem ſemper, & adjuuat.

IOHANNES ASSENBVRGIVS.

A 2 Codi-

Aliud.

CODicis interpres ſacri, doctiſsime CRACO,
Conjugij tandem vincla ſubire paras?
Quid tibi quid Sponſæq; tuæ precer? omnia fau-
Multaq; grata domi, grataq; multa foris. (ſta,
Cor ſit utriq; unum, mens una eademq; voluntas,
Ac una in gemino corpore vita ſimul.
Adſit perpetuùm læto Rhamnuſia vultu,
Mitia & optato fata tenore fluant:
Eutecnie veſtras dulcis feſtinet ad ædes,
Exſulet & ſocio dira procella toro.
Gignite multiplices ſenij fulcimina natos,
Qui veſtrum poſsint multiplicare genus:
Vivite felices, per plurima vivite ſecla,
Et ſerò ætherei ſcandite tecta poli,
Fiet: Nam binos vinclo qui iungier uno
Iuſsit, is & precibus pondera grata dabit.

IOANNES RUNGIUS Roſtochienſis.

Aliud.

ΦΗσὶν ΑΡΙΣΤΟΤΈΛΗΣ πάντων περὶ μήδεα εἰδὼς
ἄλλοτε, ἐμπόδιον τοῖς φιλοσοφοῦσι πελέσκειν
σήτην, ἠδὲ ἐρωτηθεὶς ΛΑ΄ΚΩΝ παρὰ κοίτιν
τί πλε ἔγημε σφόδρα ζμικρήν; μετὰ τοῖς δυσὶ φαύλοις
πρήγμασιν ἧττον ἔδει αἱρεῖσθαι ἀντίον ηὔδα,
πῶς καὶ ἄλλοι φιλόσοφοι γάμου εἴρξαν ἔωλοι,
ἢ περὶ αὐτοῦ πάμπαν ἀεικῶς πολλὰ λάλησαν
ῥήματα ὧν ἐγὼ οὐκ ἀπαριθμήσω φιλομίσως

τούτων δ᾽ ἄκνιστος πόσων καὶ ἀνάξιος ἀνδρῶν
ἐστὶ λόγος καθάπερ ῥαδίως συνίουσιν ἅπαντες
οἳ θεόπνευστον ἀνέγνωσαν βίβλον μινύωρον:
μαρτυρέει σάφα γὰρ βίβλος γραφικὴ μὴ ὑπάρχειν
σύγγαμον ἐμπόδιον μελιηδέα ἀλλὰ βοηθόν.
οὕτω γὰρ φωνὴ ἠχεῖ θεοῦ ὑψιμέδοντος.
οὐ καλὸν τελέθει ἕλκειν βιότοιο κέλευθον
ἄνθρωπον μοῦνον πράττωμεν ἐράσμιον αὐτῷ
σύζυγον, ἄνδρα εὐφραίνουσαν ἐς ἤματα πυκνά.
καὶ μὴ ἐστὶ γυνὴ κακὸν ἀλλὰ χρῆμα φίλιστον,
θαρσαλέος χριστοῦ θεράπων ὡς παῦλος ἐνίσπει
κ᾽ ἄλλη ῥήτρα, λαχὼν ἀλόχου καλὸν εὗρέ τι πρῆγμα·
μητέρα γὰρ λείψει, φίλον ἢ γενετῆρα γενητὶς
καὶ περὶ κῆρι γυναικὸς ἑῆς ἀντέξεται ἁγνῆς.
πυκτίδος αὐτάντας ποτὶ Ἑβραίους ἐρέειπε.
τίμιος ἐνὶ ἅπασι γάμος κοίτη τ᾽ ἀμίαντος·
πόρνους καὶ μοίχους κρινεῖ θεὸς αἰθέρι ναίων.
παμπόλλαις γνώμαισι γραφῆς δοκιμαῖς τε δυναίμην
δεῖξαι, φιλοσόφων ἀρχαίων δόγμα μάταιον
εἶναι, εἰ δέον, αὐτὰρ μὴ δέον οἴομαι ἔσκειν
καὶ γὰρ ἐμπροσθεσί μου ἔρριξαν τόδε ἄλλοι.
τοὔνεκεν εὖ καὶ ἐπισταμένως φίλε νυμφίε ποιεῖς,
μᾶλλον ὃς μύθῳ πείθεσθαι ἤθελες ἱρῷ,
ἠὲ γάμου δεινοῖς ὑπερόπταις ἱμερόεντος,
καδδύναμιν γοῦν εὔχομαι εἰς σὰ γαμήλι᾽ ἱκέσθαι·
(ὦ Ἀνδρεία Νυμφὸν ἐμῷ κεχαρισμένε θυμῷ)
τὴν ὁμόνοιαν περιποιέουσαν πᾶσι δ᾽ ἐν εὐνῇ,
ἔμπως εὐτεκνίην θεὸς εὐτυχίαν τε χορηγοῖ.

ἀμφιθαλεῖς παῖδας δώῃ, ἢ ὁμοφροσύνῃ τε
ὔμμι θάλοι, θεὸς ὔμμι διδοῖ κλέος ἀγνοῦ ἔρωτος."
ἀλλὰ φύγοι μῖσος στυγερὸν, δόλος ἀγκυλομήτης
ἢ δασπλῆτις ἔρις, κ᾽ ὀλοφώϊα δείν᾽ ἐπιβουλῶν.
ὔμμιν ὁμόστοργος μὲν ἔρως ἐνὶ δώμασι μίμνοι.

IOHANNES CARSTADIVS. *Stendalienſis.*

Aliud.

QVid tibi mentis queat eſſe, amabo,
Conſilì quid, tonſe cuculliger? qui
Funditus tollis ſacra cum profanis
Iura ſtatutis.
Tu veternoſis modo rete ſcortis
Tende, nil te commoveat ſacrati
Fœderis vinclum, hoc fugito, exoletũ
Quære lupanar.
Ventrem obeſis paſce cibis patentem,
Hiſpido porco ſimilis, ſitimq;
Ad modum vaccæ fluuialis vndæ
Pelle liquore.
Non tuam vinum facit ad ſalutem:
Namq; quid melli in putrido loci eſſet
Vaſe, quid longis verubus ferina
Viſcera toſta.
Pingve ſed farcimen, adeps per omnes
(Nauſeo) ut tendat digitos: voluptas
Hæc tua eſt: tunc rege magis venuſtè
Divite vivis.
Poſtea ferclis (tibi fercla ſunto
Cum tuis turpis paraſite,) plenus,

Explica-

Explicatis te manibus ſuino
More volutas.
Execranda & plumbea gentis huius
Vaſtitas, quà nil tetrius quit eſſe.
O Deus peſtem hanc patrijs ab oris
Pelle nefandam.
Has fuga gentes epulis lupisq;
Deditas, ſerva ſociale vinclum,
Quo genus noſtrum ſine deſtitutum
Prole periret.
Tutemet noſti, Reverende Sponſe,
Tutemet teſtis mî ocularis eſto,
Aſſeclarum quanta Papæ ſitis ſit,
Ingluviesq;.
Auſtriam quondam iuvenis, Viennæ,
Optimis navans ſtudijs opellam,
Viſitas, & mœnia multa, & ampla
Regna peragras.
Iam capis ſvavem Catharam, dolorum
Dulce ſolamen, requiem laborum,
Hanc vide, inq; eius tua mens, tuum cor
Hæreat vlnis.
Hæc tibi labris roſeis, decoris,
Blandulis mille oſcula figet, hæc te,
Quod precor, bellum lepidà parentem
Prole beabit.
Vive, ſed longùm mihi, Sponſe, vive,
Vive, ſed felix mihi, Sponſa, vive,
Annuat votis DEVS, ille veſtra
Cœpta ſecundet.

PAVLVS NEOVINVS
Roſtochienſis.

ALIVD

Aliud.

CAſta Deus mens eſt, caſta quoq; vivere mente
Vult, & ſacrata conditione ſuos.
Impurus cœtus negat hoc in vertice tonſus,
Et Veneris potius caſtra ſeqvenda putat.
Protinus & ſacris templi removere laborat
Hunc, qui legitimi vult ſacra inire tori:
Cum tamen uxoris conceſſerit omnibus uſum,
Ac tœdas Dominus dixerit ipſe ſacras,
Caſta etenim Deus eſt mens caſto pectore gaudens,
Et ſtatuens caſtis prœmia digna viris.
Ergo piam mentem caſtè cum virgine caſta
Gratulor æternùm vir Reverende tibi.
Fœdera conjugij potius quod ſancta ſubire
Duxti, quàm Veneris caſtra nefanda ſequi.
Det Deus vt tecum ſociales compleat annos
Coniunx nullo alio coniuge digna precor.

Chriſtianus Guſeberus R.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1740909127/phys_0013

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1740909127/phys_0014

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1740909127/phys_0015

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1740909127/phys_0016

In ſquallor … tro ſe quiſq; peremptum
Lug … ta! perciti amaritie:
Ante alios … par, VLRICE, Sororum
Ex t … os mentis inopſq; obitu;
Præcipuè … bœbi myſta Caſeli,
O cœt … unice Palladii.
Namq; lic … ſeptum noxia pectus
Contra … utriusq; ſiet:
Iam tamen … preſſum nube doloris,
Aſſid … fletu habuiſſe genas
Crediderim … altim cum flebile corpus
Adſpi … am feretro impoſitum,
Nati, qui, … d te Patrio donârat
Nomi … trà tibi carus erat:
Sed quoq; c … lli in vultum ſerpere tabes,
Cunct … veneno inficere occiperet.
Non pote e … t, matris, ut, inſita quisquis
Natu … ſemina, cordolio
Abſtineat, … os cadere immaturâ,
Tanqu … lilia falce, videt.
Quid referan … e ſient hæc funera cunctis,
Qui P … t nomina & Aoniſin?
Atq; mihi h … amq; ut tibi tempore nullo
Viſus e … VLRICE, mihi fueris:
Attamen h … d luctû ſervire, Parentis
Heu qu … ui cùm mihi prælegeret

Scripta

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1740909127/phys_0017